

Forfatter: Brahe, Tyge

Titel: BREV TIL: Danzæum, Carolum FRA: Brahe, Tyge (1583-08-21)

Citation: Brahe, Tyge: "BREV TIL: Danzæum, Carolum FRA: Brahe, Tyge (1583-08-21)", i *Tychonis Brahe Dani opera omnia (7. bind)*, HAUNIÆ MCMXIX IN LIBRARIA GYLDENDALIANA, s. 75. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-001573955-X02-shoot-L001573955X020017.pdf> (tilgået 04. juli 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia (7. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

[*Ex apographo in codice Archivi Regni Daniæ: Arch. priv. Tych. Brah.*]

TYCHO BRAHE AD CAROLUM

DANZÆUM.

MAGNIFICE Domine DANZÆE, Amice fumma obfervantia colende, reddidit Architetus meus mihi literas a te miß Yas, quibus percepi te, licet inter politica negotia iam multum temporis apud Cimbros consumferis, nondum tamen Huenenfium memoriam oblitteraß Ÿe, pro qua benevola erga nos affeetione tibi magnas habeo gratias. Nos licet absentes tui memoriam indies recolimus, optamusque ut brevi incolumis ad nos revertaris. Quod Sycophantæ quidam aulici te vexent, oportet te magno animo ferre, et finem expeetare, quo videbis omnia in ipforum retundi caput. Hoc genus hominum deleetatur aliorum afflictione, quam indies astute machinatur, ut fibi tandem perniciem (debitam mercedem) vel Deo ultiore parent. Sed tute hoc nosti melius. Salutem quam ERICUS LANGIUS mihi per te dixit, velim ut ipsi referas, quamvis nunc eo felicitatis pervenerit (uti ab architeeto meo intelligo) ut vix indigeat aufpicatiore voto. Multiplicationem enim farinæ adinveniß Ÿe ferunt ab unitate in ternarium novo Alchvmiæ my- <sup>10\*</sup> s. 76fterio, quo lapidis illius auriferi omnem fermentationem et multiplicationem (quibus tot annis infudatum est) excellentiore invento illudit; quis enim ignorat panis perpetuo sufficientem copiam, quæ ex ifta multiplicatione promanat, auro et argento præstantiorem eß Ÿe, cum his carere poß Ÿint homines, illo autem nequaquam. Caveat itaque fibi ab Alchymistarum invidia et propiciat, ne arti struant infidias, fermentumque peregrinum admisceant. || Diu multumque mecum cogitavi, in quem usum panis potius quam auri et argenti augmentationem inveftigaverit; tandem incidit mihi in mentem Draconis illius lutici, qui olim bellum civile ipforum Patriæ movit, feruntque ob penuriam alimentorum in tanta militantium copia bellum illud Troiæ decennium exceß Ÿiß Ÿe, quod alias citius finiri potuiß Ÿet magno illorum commodo; veritus itaque ne vetus ille Draco reviviscat vel novus aliquando ex improviso exoriatur, Patriæ suæ hoc utilißimo invento providere voluit. Laudo ipsius prudentiam et Patriæ eius congratulor, quod talem fibi genuerit proteetorem et in commeatus penuria provisorem incomparabilem. Is reetiß Ÿime mihi exequutus videtur Philofophorum mentem, qui nos non nobis fed Patriæ nafci aß Ÿeverabant. Ego per occasiōnem congratulatorium carmen in laudem tanti mysterij ipsi compingam, siquidem Draconis illius memoriam tantæque vietoriæ celebrationem amplius referre non liceat, cum in profundum maris tota ipsius recordatio sit submersa. Sed forsan te a ferijs detineo, dum tecum de his diutius iocor. Da operam ut ad nos ante hyemem revertaris, magno enim tui defiderio detinentur, ut multi alij, sic vel ego maxime, qui te tanto temporis locorumque intervallo tuaque exoptatiß Ÿima converfatione admodum illibenter careo. Deus opti. max. te nobis incolumem quam citiß Ÿime restituat, tuaque omnia negotia optato fucceß Ÿu fecundet. Vale. Datae in ædibus Uraniæ 21. Auguſti 1583.

T. T.

TYCHO BRAHE.